Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Que impossibilia sunt apud homines possibilia sunt
apud dm. Ecce enim camelus deposita gippi sarcina
pforamen acus transit hoc est diues & publicanus relic
to onere diuitiarum contempto censu fraudium angu
stam portam artamque uiam que aduitam ducit ascendit.

DIX DIVS SMARCVM.

Videte. uigilate. & orate. Nescitis enim quan
do tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus
reliquit domum suam. & dedit seruis suis potesta
tem cuiusque operis. & ianitori precipiat ut uigilet.
Vigilate ergo. nescitis enim quando dominus domus ue
niat. sero. an media nocte. an gallicantu. an
mane. ne cum uenerit repente inueniat uos
dormientes. Quod autem uobis dico. omnibus dico ui
gilate. AVGVSTINI.

Seruus ille qui dicit moram facit dns meus ueni
re. vt percutiat conseruos suos. epulatur cum ebri
osis. ille lucis sed tenebrarum. & ideo eum tanquam
fur dies ille comprehendat.